

EPISTOLA XLVII.

S & O. Non ignoras, V. C. bonis occasi-
 onibus recte uti præcipuam esse sapien-
 tiam. Itaque quum aurea occasio esset, Muf-
 felium adjungendi, hospiti meo integerrimo
 & doctissimo, Augustino Kokert, Lubecensi,
 quem tibi nonnihil notum reor, fiducia ap-
 probationis tuæ & D. Curatoris Halleri, effe-
 ci, ut Augustinus eum in suum Musæum de-
 duceret. Libenter sane privatim præstiti
 Muffelio, epistolas corrigendo, libros quos
 legeret, lectiones quas audiret submonen-
 do: Carus enim mihi est propter bonos mo-
 res: sed quum invalescere meas occupa-
 tiones viderem Augustino eum recens ad-
 junxi, a quo discere cepit Gallicam linguam,
 Juris principia, & cum quo sobrie & studiose
 vivere poterit. Spes est futurum, ut novo
 vere, aut paulo ante huc redeat Muffeltinus,
 quem Augustinus in Italiam abiturus secum
 abducat. His tuto (si volueritis) adjungi po-
 terit Muffelius. Valde autem te hortor Cl.
 Dn. Compater, ut quum Muffelii res, Dei
 dono, lautæ sint, liberaliter agatur cum tam
 docto

*cus & Carolus Schoppius de quibus confer sæpius
 citatam disput. D. Zeltneri de Hellingo §. XL. p. 81.*